

& motibus & sapientia anima taliter natu: & mercurii: o insaniam magnam. non ergo deus creando infundit animas equaliter capaces ex natura propria horum: sed iam talis anima creata est etiam sapiens mercurii familiaritate: ut quid ad hec deterius addit nisi ut stellis uim esse maximam uolens: uel inuitus testetur etiam ex mente porphiri: si quis inquit figuram generatiois alicuius agnouerit: & dixit esse incertum porfirius dominum geniture apud astrologos qualem quis demonem natus fuerit cognitum si etiam dominatorem in figura cognouerit: sed certe sufficit intellectu intelligenti quod secundum conditiones figure natuitatis celi & dominatoris: licet a multis ignoretur: & animam & demonem fortitur corpus humanum quod hereticum apud nos est falsissimumque: & contra ueritatem catolicorum astronomorum. F.

Siccine hoc absurdius est: quam quod dicunt astrologi: solas qualitates corporum superiora afferre. Astro. Immo hoc uerum illud absurdum quod longo processu concluditur postea non solum corpora celestia agere per corpus sed formas rerum naturalium agere & perficere per suas formas quas animas uel ignes appellant: quanvis aliisque stellae cum calore adducant humorum aliæ raritatem: aliæ aliquam densitatem: aliæ celeritatem: aliæ firmitatem & ceteraque talia similiter. F. Quomodo ergo excludunt uanum esse machinamentum: ponere planetam retro significare tarditatem in inferioribus: & plurima temeritate saturnum tardum diuulgare: cum pro longitudine spaciis sit uelociissimus.

Astro. Vide quanta rabie latrat: ut ignorantiam suam publicet in motibus celi: cum penes quid habeat attendi uelocitas corporum in celo penitus ignoret: ea enim omnia quae agunt per formam suam præcipue agere dicuntur non per corpus solum: neque stellae fixae uel erraticae per corpus suum: inquam corpus sine alia forma a forma dante esse: hoc ex sententia astrologorum aliquid prorsus operatur: si enim sine tali forma essent in minori conditione & dignitate forent: quod arbor uel vegetas: ut infra dicetur: ita demum agunt: quia animata. in hoc enim omnes concipiunt: sed non qua anima: si enim superiora animata non essent uel animatum celum non esset: nobiliores essent herbae: & lapilli celo tantum enim uero munere hec a celo ex uero anima celi acceptissime dicuntur: ut mirabiliter ageant in animam nostram induere